

Harrison.

No. 118.



---

DISSERTATIO INAUGURALIS

MEDICA

DE

P E R T V S S I

---

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK SACHSEN-ANHALT

LEIPZIG

HERBERT N. S. J.

V 118



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA  
DE  
P E R T V S S I

---

QVAM  
ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
IN  
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRO  
GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS  
ERVDITORVM EXAMINI SVBIIICIT

DIE III. JULII ANNI MDCXCIII

JOHANNES HARRISON

ANGLVS

SOCIET. REG. MED. EDINENSIS SODAL.

---

Causa latet, vis est notissima.

OVID.

*Each changing season doth it's poison bring,  
Rheums chill the Winter, Agues blast the spring.*

PRIOR.

---

GOTTINGAE  
TYPIS JO. CHRISTIAN. DIETERICH.

DISSERTATIO INVALENTIIS MEDICAE  
DE  
P E R T V S I

*Duo in medicina fulcra sunt: Ratio et Experientia; Ex-  
perientia praecedit, Ratio sequitur; hinc Rationes in rebus me-  
dicis, Experientia non conditae, nihil valent.*

FR. HOFFMANN.

*Variae sunt annorum constitutiones, quae neque calori, ne-  
que frigori, non sicco humidoue ortum suum debent, sed ab occulta  
potius et inexplicabili quadam alteratione in ipsius terrae visce-  
ribus pendent.*



SYDENHAM.

*Lindley Dec 1188*

V I R O

GENEROSO ET HONESTISSIMO

JOHANNI AVGVSTO

T V L K

AR. M I G E R O

AMICO EXOPTATISSIMO







NEC NON

CAROLO AMBROSIO  
HARRISON

ET

HENRICO FRANCISCO  
HARRISON

FRATRIBVS DILECTISSIMIS



HANC COMMENTATIONEM

D. D. D.

AVCTOR.



---

## PROOEMIUM.

*I*nter malorum illam cohortem, qua via hominis nascentis, statim ab ingressu eius itineris per vitam occupatur, nominanda inter alia venit rebellis illa, ac interdum mortifera Tussis convulsiva. Quippe quae omnem fere infestat gentem humanam, et prae reliquis teneram eius propaginem, infantes, magnamque saepe eorum edit stragem. — Multum inter Auctores disputatur, an nova sit eius hostilis origo, vel antiqua. MEZERAI (in Historia sua Galliae) tradidit, eam versus annum 1414, primum Galliam invasisse, antehac prorsus ignotam. Alii consentiunt, alii in contrariam opinionem descendunt, asseuerantes, morbum HIPPOCRATI et AVICENNAE iam cognitum fuisse, illumque ad profligandum  
malum

*malum remedia praestitisse.\* — Perque (ex sententia SAUVAGES\*\*) vocem Вѣж, Graeci morbum indicauisse. — Ego hanc litem (etiamsi potius in eam sententiam me conferrem, antiquitus morbum non fuisse ignotum) componendam, theoreticas speculationes et hypotheses circa naturam Pertussis defendendas, aliis relinquo, de hoc vnice inquisiturus: quibus remediis, ex optimis medicorum scriptis collectis, vel ope experientiae comprobatis, periculosa morbi indoles auferri, vel tamen imminui possit.*

\* Vide Hippocratem; notam ad finem primi libri de Morbis Mulierum; — et Avicennam de Aegritud. quae infantibus accidunt. Lib. I. Fen. 3. Doctr. 1. Cap. 3. p. 38. 1555. fol.

\*\* Nosolog. Method. Tom. 2.

## DE PERTVSSI.

**M**orbus contagiosus; tussis convulsiva strangulans, cum inspiratione sonora, iterata; saepe vomitus.\*

### SYNONYMA.

*Latine:* Pertussis.<sup>1</sup>

Tussis puerorum, seu infantum, convulsiva.<sup>2</sup>

Tussis

\* CULLEN *Synops. Nosol. method.* Gen. 57. p. 231. 1780. 8. Hanc CULLENI definitionem maxima ex parte approbo, neque vero in eam sententiam disputo, an morbus contagiosus sit, nec ne.

1 CULLEN *Synops. Nosolog. methodicae,* Cl. 2. O. 3. G. 57.

HUNHAM *Observat. de Aëre et Morbis epidem. ad ann. 1728.*

LETTSON *Medical Memoirs of the General Dispensary London.* 241. 1774. 8.

LENTIN *Memorabilia circa Aërem, etc. Claustraliensium* 79. 1779. 4.

HILLARY *on the Epidemical Diseases of Barbadoes.* 45. 1759. 8.

BANG *Praxis medica systemat. exposita,* 380. 1789. 8.

2 SYDENHAM *Epistola prima respons. ad Robertum Brady.* 1736. 4.

SYDENHAM *processus integri in morbis omnib. curand.* 195 et 522. 1736. 4.

HOFFMANN *Opera omnia* Tom. 3. Sect. 2. Cap. 3. 1740. fol.

HALLER *Pharmacop. Helvet. P. I.* 1771. fol.

SAUVAGES *Nosolog. method.* Class. V. Ord. I. Gen. V. Sp. 17. 1763. 8.

STOLL

Tussis epidemica infantum conuulsiva.<sup>3</sup>

- infantum catarrhalis.<sup>4</sup>
- pueros strangulans.<sup>5</sup>
- stomachica conuulsiva.<sup>6</sup>
- catarrhalis conuulsiva.<sup>7</sup>
- conuulsiva.<sup>8</sup>

Tussis

- STOLL *Ratio med.* Pars I. XVI et XVII. 1788. 8.
- BRÜNING *Constitutio epid. Essendiensis* anni 1769-70. 22. 8.
- EBELING *Dissert. de tussi infant. conuuls.* Gotting. 1768. 4.
- HABLA *Diss. de tussi conuuls. infant.* Viennae 1772. 8.
- BLANGARD *Lexicon med.* 1263. 1777. 8.
- LUDWIG *Aduersaria medico-pract.* V. I. P. I. 149. 1769. 8.
- VALENTIN *praxis med. infallib.* Cap. 3, 344. et Cap. 6: 25. 1711. 4.
- LOBB *Practice of Physick*, V. 2. 266. 1771. 8.
- FORBES *Diss. de tussi conuuls.* Edinburgae 1754, in *Collect. disputat. med.* quas collegit et edidit HALLER. Tom. 2. 99. 1757. 4.
- <sup>3</sup> HOFFMANN l. c.
- GELLER *Scrutinium physico-med. de tussi epid. infant. conuuls. etc.* 1763. 4.
- ZUINGERI *Diarium physico-med. anni 1745*, in *Actis Helueticis*, Tom. 3. 296.
- AASKOW *Observat. circa tussim conuuls. epid.* in *Actis Societatis Med. Hauiensis* V. 1. 284. 8.
- <sup>4</sup> LIEUTAUD *Synopsis vniuers. praxeos med.* 1765. 4.
- <sup>5</sup> LEMNIUS *de miraculis occult. naturae.* 287. 1581. 12.
- <sup>6</sup> KAEMPF *Enchirid. med.* 228. 1792. 8.
- <sup>7</sup> ZUINGERI l. c. 310.
- <sup>8</sup> FOTHERGILL *London medical Observations and Inquiries* V. 3. art. 30.
- HUXHAM l. c.
- BRENDEL *Opuscul. curante WRISBERG.* P. I. progr. 24. p. 159. 1769. 4.
- LENTIN l. c.
- WILLIS *Opera omnia.* Cap. 12. *de morbis conuuls.* 1676. 4.
- HARRIS *de morbis acut. infant.* 58 et 93. 1705. 8.
- SAGAR *Syst. morb. sympt.* Cl. 8. Ord. I. gen. V. sp. 11. 1776. 8.
- HOME *princip. med.* 121. Ed. 3. 8.
- SELLE

Tussis stomachalis. 9  
 — ferina. 10

## Tussis

- SELLE *Handbuch der medicinisch. Praxis.* 5te Auflage, 470. 1789. 8.  
 NOUA *Acta Acad. Caesar. Leopold. Carol.* T. 2. 247. et in appendice 235.  
 PELARGI *Observat. clin.* 2. 3. und 4ter Jahrgang, plur. locis. 1725-29. 4.  
 LÖW AB ERLSFELD *Vni. med. pract.* Lib. 3. cap. 8. sect. V. 1723. 4.  
 PLINTA *Historia epid. variol. Erlangensis* Anni 1790. 7. 1792. 8.  
 STOLL *Ratio med.* P. 2. 156. 1788. 8. et P. 3, 152. 1790. 8.  
 QUARIN *Animaduvers. practicae* Cap. 3. 33. 1786. 8.  
 DE PLENCIZ *Acta et observata med.* 83. 1754. 12.  
 ARAND *Observat. medico-chirurg.* 43. 1783. 12.  
 VOGEL *de cognosc. et curand. corporis humani affect.* § 510. Ed. 2. 1785. 8.  
 ZUINGERI l. c. 295.  
 DE BERGER *de Tussi conuuls.* in *Actis Societ. med. Havniensis* Vol. I. 315. 8.  
 BRÜNING l. c. 310.  
*Edinburgh Medical Essays and Observ.* Vol. 4. 26.  
 VALENTIN l. c. cap. 6. p. 24.  
 FULLER *Pharmacop. extemporanea.* 206. 1737. 12.  
 BANG l. c. — et *Selecta Diarii* 301. 1789. 8.  
*Hannöversches Magazin vom Jahre* 1768. p. 1355.  
 9 BROUZET *Essai sur l'Education medicinale des Enfants.* Tom. 2. 24. 1754. 12.  
 WALDSCHMIDT *Praxis med. ration.* 59. 220, et 257. 1690. 12.  
 10 STOLL *Ratio medendi.* P. I. XVII et XVIII.  
 HUXHAM l. c.  
 VOGEL l. c.  
 HOFFMANN l. c.  
 SAUVAGES l. c. Cl. V. Ord. I. gen. V. sp. 10.  
 HOME l. c.  
 MORGAGNI *de sedibus et causis morbor.* Epist. 18. Art. 17. 167. 1761. fol.  
 SAGAR l. c. Cl. 8. O. I. gen. V. sp. 6.  
*Noua Acta Acad. Caesar. Leopold.* etc. l. c.  
 HALLER l. c. 68.  
 ARAND l. c. 42.  
 BLANCARD l. c.  
 HABLA l. c. pag. 10 et 12.  
 VALENTIN l. c.

GORTER

Tussis clamosa. <sup>11</sup>  
 — clangosa. <sup>12</sup>  
 — clauctiosa. <sup>13</sup>  
 — perennis. <sup>14</sup>  
 — infanticida. <sup>15</sup>  
 — quinta, siue quintana. <sup>16</sup>  
 Tussedo. <sup>17</sup>

Germanice: Keichhusten. <sup>18</sup>

Kink-

- GORTER *Medicina dogmatica*. Cap. 3. 17 HASLER l. c.  
 Sect. 3. 165. 1741. 4.  
 GELLER l. c. 19.  
 WALDSCHMIDT l. c. 258.  
 KAEMPF l. c.  
 QUARIN l. c. 39.  
 CLOSSIUS *Nona variol. medend. meth.*  
 130. 1766. 12.
- 11 KAEMPF l. c.  
 12 HASLER's *Abhandlung über den Keich-*  
*husten*. 1789. 12.  
 BRÜNING l. c. 21.  
 13 GELLER l. c.  
 14 HASLER l. c.  
 15 BRÜNING l. c.  
 16 SCHENKII A GRAFENBERG *Observat.*  
*Medicarum rararum etc.* 382. 1600. 8.  
 VALENTIN l. c.  
 GELLER l. c.  
 BALLONIUS *Opera omnia med.* 1734. 4.
- 18 HUFELAND *über die natürlichen und*  
*geimpften Blattern etc. und über ver-*  
*schied. Kinderkrankheiten.* 2te Aufl.  
 1793. 12.  
 V. ROSENSTEIN *Anweisung zur Kennt-*  
*niss und Kur der Kinderkrankheiten,*  
*mit Anmerkungen von MURRAY.* 3te  
 Aufl. 1774. 8. 5te Aufl. 1785.  
 SELLE l. c.  
 MELLIN *von dem Keichhusten der Kin-*  
*der.* 1770. 8.  
 KLINGE *Etwas über den Keichhusten,*  
 1792. 8.  
 DANZ *Versuch einer allgemein. Gesch.*  
*des Keichhustens.* 1791. 8.  
 HERZ *Versuch einer med. Ortbeschreib.*  
*der Hauptst. Prensiau.* 1790. 12.  
 SCHAEFFER *Versuch einer med. Ortbe-*  
*schreib. der Stadt Regensburg.* 100.  
 1787. 8.  
 PELARGI *Op. cit. 4ter Jahrg.* 328.

GESNER



Kinkhusten. <sup>19</sup>  
 Knickhusten. <sup>20</sup>  
 Stickhusten. <sup>21</sup>  
 Ginkshusten. <sup>22</sup>

*Gallice*: Architoux des Enfants. <sup>23</sup>  
 Coqueleuche seu Coqueluche. <sup>24</sup>

*Suecice*: Kikhosta. <sup>25</sup>

*Belgice*: Kinkhoest. <sup>26</sup>  
 Kindthoest. <sup>27</sup>

*Anglice*:

- GESNER *die Entdeckungen der neuesten Zeit in der Arzneygelahrth.* 1. Band. 128. 2. Bd. plur. locis. 1772-73. 12.  
 BLANCARD I. c.  
 NICOLAI *Fortsetz. der Patholog.* 3. Bd. 765. 1784. 8.  
 KREBS *Med. Beobachtungen.* 1. Bd. 4tes Heft. 39. 1784. 8. 2. Bd. 3tes H. 50. 1791. 8.  
*Hannöver. Magazin vom Jahre 1786.* plur. locis.  
 HASLER I. c.  
 19 GELLER I. c.  
 20 WALDSCHMIDT I. c. 989.  
 21 PYL *Neues Magazin für die gerichtl. Arzneyk.* 1. Bd. 1. St. 96.  
 22 VALENTIN I. c.  
 23 HECQUET *de la Medecine des pauvres.* T. 2. 276 et 278. 1742. 12.  
 24 BROUZET I. c. 25.  
 BLANCARD I. c.  
 LIEUTAUD I. c. 493.  
 DE LA VALÉE *sur la Coqueluche.* vid. *Journal de Medecine etc.* par ROUX. Tom. 28. 336.  
 BOURDELIN *Dissert. in Disput. med. pract.* quas collegit et edidit HALLER T. 2. 22. 1757. 4.  
 25 ROSEN *diss. de Tussi,* pars prior; in *Disput. med. pract.* curante HALLER. T. 2. 58.  
 26 BLANCARD I. c.  
 VEIRAC *van den Kinkhoest. Verhandelingen van het Utrechtsch. Genootschap,* 6. Bd.  
 BURNET *Thesaurus medic. pract.* 868-1673. 4.  
 27 LEMNIUS I. c.

*Anglice:* Kink-Cough. <sup>28</sup>  
 Chin-Cough. <sup>29</sup>  
 Hooping-Cough. <sup>30</sup>  
 Whooping-Cough. <sup>31</sup>

## HISTORIA

- 28 LETTSON I. c.  
 BISSET *Medical Essays*, Art. XV. 1766. 8.  
*Edinburgh Medical Essays* etc. I. c.  
 BUTTER *on the Kinkcough*. 1773. 8.
- 29 FOTHERGILL I. c.  
 SIMS *Observations on Epidemic Disorders* etc. 92. 1773. 8.  
 CULLEN *First lines of the practice of Physick*. V. 3. 410. 1789. 8.  
 ARMSTRONG *on the Diseases of Infants*. 87 et 89. 1767. 12.  
 RUTTY *Chronological History of the Weather and Seasons*. 1770. 8.  
 BLANCARD I. c.  
 BUCHAN *Domestic Medicine*. 309. 6th Ed. 8.  
 BRANDE *Experiments and Observations on the Augustura Bark*. 118. 2. Ed. 1793. 8.  
 BALL *Practice of Physick*. V. 2. 335. 1768. 8.  
*Edinburgh Medical Observations and Inquiries*. V. 1. 43 et 44.
- 30 CULLEN I. c.
- LETTSON I. c.  
 THOMPSON *Medical Consultat.* 1773. 8.  
 MILLAR *Observations on the Asthma and on the hooping Cough*. 1759. 8.  
 ARMSTRONG I. c.  
 HILLARY I. c.  
 MORRIS *London Medical Observations and Inquiries*. V. 3. Art. 27.  
 MANNING *Modern improvements in the practice of Physick*. V. 1. 286. 1780.  
*Animadversions on a late Treatise on the Kinkcough*. 1774. 8.  
*Edinburgh medical Essays* etc. I. c.  
 SIMMONS *Medical Facts and Observat.* V. 2. 70. 8.  
 UNDERWOOD *on the Diseases of Children*. 123. 1784.  
 BUCHAN I. c.  
 BALL I. c.  
 BISSET I. c.  
 BRANDE I. c.  
 LOBB I. c.
- 31 FOTHERGILL I. c.  
*Animadversions on a late Treatise* etc. 3 and 7.

## HISTORIA MORBI.

Morbus Tenellis fere proprius, adultiores rarius inuadens, ab initio catarrhi assumit characterem.<sup>2</sup> Aegrotus tussi leni, plerumque sicca;<sup>3</sup> lassitudine; grauedine, seu dolore capitis;<sup>4</sup> sensilitate oculorum aucta, saepe cum lacrymatione, et crebra sternutatione vexatur. Appetitus aliquando diminutus, etiamque prostratus.<sup>5</sup> Haec symptomata modo grauiora, febre stipata,<sup>6</sup> modo mitiora, et quod frequentius esse solet, sine febre, a quarto ad septimum, vel decimum quartum diem,<sup>7</sup> etiamque ad tertiam hebdomadam perdurant.<sup>8</sup> Haec periodus, iure, *Stadium catarrhale*, siue *primum*, appellari posse, mihi videtur.

Post tempus supra citatum, *Stadium conuulsium*, seu *secundum* sequitur, in quo, huius morbi vera indoles et natura sese ostendunt. Symptomata omnia grauiora fiunt. Febris si in primo stadio adfuerit,

- 2 HUFELAND l. c. 478.  
ROSENSTEIN l. c. 374.  
GESNER l. c. 340.  
BANG l. c. 380.  
BUTTER l. c. 3.  
*Animadversions* etc. 40.  
DANZ l. c. 24.  
CULLEN l. c. 412.

- 3 FORBES l. c.  
SIMS l. c. 176.  
MELLIN l. c. 9.  
KLINGE l. c. 61.  
HOFFMANN l. c.

4 GELLER l. c.

5 Idem l. c.

6 KLINGE l. c. 10.

BUTTER l. c. 4.

GESNER l. c.

7 ROSENSTEIN l. c. 375.

VOGEL l. c. 411.

SCHAEFFER l. c. 115.

8 LETTSOM l. c. 245.

DANZ l. c. 25.

BANG l. c.

C

adfuert, nunc augetur; si abfuert, plerumque accedit,\* cum lassitudine totius corporis viriumque deiectione. Tussis cita et ferox per aliquot minuta horae continuo editur,<sup>9</sup> vsque dum omnis aer e pulmonibus expulsus fuerit; hanc sequitur celerata validaque inspiratio, sonora, specifica,<sup>10</sup> quasi galli cantui, vel asino rudenti similis, vt nonnullis auctoribus placuit nominare. Haec tussis ex qualibet inspiratione recidua fit, donec aliquid sputi, mox viscidi, mox tenuis, et spumosi, vel sinceri muci, per vomitionem, vel per screatum, eiicitur; quo tussendi paroxysmus finitur,<sup>11</sup> et infantes multo melius valent, vsque materia viscida satis iterum augetur ad nouum excitandum paroxysmum, sub quo, facies, aliquando et collum,<sup>12</sup> sanguine turgent, rubent, et nonnunquam liuida apparent; oculi prominent; palpebrae tument; caput vehementer dolet.

In vniuersum symptomata non ad gradum altiore adscendunt, tamen, haud infrequenter, etiam saeniora fiunt. Tussis atrox per tria, quatuor, vel quinque horae momenta, vel etiam diutius, ad respirationis ferme suppressionem<sup>13</sup> perdurat,<sup>14</sup> quo sanguinis circuitus per pulmones ita impeditur, vt vasa ad superiores corporis partes tendentia sanguine turgeant, et hae partes nigro, vel atroviolaceo colore, quasi tinctae appareant. Eodem tempore oculi, quorum vasa sclerotica cruore suffusa tunica, inuersi, et fere contorti, apparent,<sup>15</sup> et tunc temporis, aeger quasi suffocatus, cito extinguetur,

\* CULLEN l. c. 417.

9 VOGEL l. c.

10 DANZ l. c.

KLINGE l. c. 8.

11 Idem l. c.

12 HOFFMANN l. c.

13 GELLER l. c. 12.

14 HUFELAND l. c. 480.

ARAND l. c. 42.

SCHAEFFER l. c. 114.

DE LA VALEE l. c. 339.

15 GELLER l. c.

retur, nisi vomitus, vel haemorrhagia ex naribus, auribus, ore,<sup>16</sup> oculisque,<sup>17</sup> a ruptis minimis capitibus, vel pulmonum vasis, accederent, sicque vitae periculum imminerent.

Nonnunquam vero paroxysmi pertinaciores vrgent, et aluus, et vrina, praeter voluntatem redduntur;<sup>18</sup> frigidus sudor e facie prorumpit;<sup>19</sup> vehementissima cordis palpitatio affligit;<sup>20</sup> herniae praesertim in infantibus; prolapsus ani;<sup>21</sup> in foemellis, quae monili collum non firmant, strumae;<sup>22</sup> in grauidis, abortus<sup>23</sup> fiunt. Aliquando etiam totum corpus spasmo contrahitur,<sup>24</sup> et aegroti, animi deliquim passi, subito in terram concidunt; cadauerosum vultum acquirunt,<sup>25</sup> neque tamen haemorrhagia, neque vomitu superueniente, suffocantur, vel in conuulsiones, epilepsiam, aut apoplexiam<sup>26</sup> coniciuntur, et Mors benignus Tragoediae finem imponit.<sup>27</sup>

## Paroxysmi

16 SCHAEFFER l. c. 115.

SIMMONS l. c.

QUARIN l. c. 34.

VOGEL l. c. 412.

DANZ l. c. 26.

HABLA l. c. 25.

MELLIN l. c. 10.

CULLEN l. c. 417.

17 HUFELAND l. c.

HOFFMANN l. c.

ROSENSTEIN l. c. 375.

CULLEN l. c.

18 HUFELAND l. c. 476.

HOFFMANN l. c.

HASLER l. c. 14.

DANZ l. c.

19 VOGEL l. c.

20 BRENDL l. c. 160.

21 HOFFMANN l. c.

LIEUTAUD l. c. 494.

ARAND l. c. 45.

22 Idem l. c.

23 BUTTER l. c. 8.

24 LETTSOM l. c. 282.

DANZ l. c.

BUTTER l. c. 5.

25 Idem l. c.

26 KREBS locis citatis.

27 LETTSOM l. c. 246.

HOFFMANN l. c.

HUFELAND

Paroxysmi omni hora, semihora, vel frequentius, subsequuntur,<sup>28</sup> aliquando tantum semel intra tres quatuorue horas. Sub vespere, et per noctem, ingraescunt omnia.<sup>29</sup> Non raro per hoc totum stadium vrinæ pallidæ, sæpe cum sedimento; aluus adstricta; membra gelida;<sup>30</sup> vultus valde tumidus,<sup>31</sup> observantur. Appetitus qui, vt plurimum, incipiente morbo, admodum frequens, increscente hoc, in famem caninam conuertitur, præcipue iis, quos facilis, aut frequens, vomitus vrget;<sup>32</sup> nec non aliquando idem in adultis, qui vomendi nisu non fatigantur, locum habet.<sup>33</sup>

*Paroxysmi prodromi.* Saepissime per aliquot horæ momenta, aliquando etiam per horam diutiusue, ante paroxysmi impetum, dolor in pectore, siue ex capite; sensus vibrans, persubtilis, a pedibus

HUFELAND I. c. 477.

ROSENSTEIN I. c. 378.

MILLAR I. c. 135.

BRENDEL I. c.

SCHAEFFER I. c.

PELARGI I. c. 287.

BISSET I. c. 179.

HASLER I. c.

HUXHAM I. c.

BUTTER I. c. 8.

<sup>28</sup> HUFELAND I. c. 480.

ARAND I. c. 42.

DANZ I. c. 27.

BUTTER I. c. 5.

<sup>29</sup> BANG I. c.

ARAND I. c.

DANZ I. c. 29.

NICOLAI I. c. 775.

BUTTER I. c. 6.

<sup>30</sup> HOFFMANN I. c.

ARAND I. c.

NICOLAI I. c. 777.

MELLIN I. c. II.

BUTTER I. c. 4.

<sup>31</sup> LETTSOM I. c. 294.

SCHAEFFER I. c. 114.

MELLIN I. c. 9.

KLINGE I. c. 12.

<sup>32</sup> HUFELAND I. c. 481.

GELLER I. c.

DE LA VALEE I. c. 341.

MELLIN I. c. II.

BUTTER I. c.

<sup>33</sup> HUFELAND I. c.

bus in pectus, ascendenti vapori, similis; titillans siue serpens, circa scrobiculum cordis, vel pectus,<sup>34</sup> aut in parte laryngis superiori,<sup>35</sup> sensatio; in partibus crurum autem inferioribus frigus,<sup>36</sup> percipiuntur; tum, terror corripit infantes, qui quodcumque fulcrum arripiunt, vel nutricem, aut adstantes, inclamant, vt sustineantur.<sup>37</sup>

Forsitan non datur morbus, in quo, paroxysmi facilius frequentiusue reuertunt.<sup>38</sup> Haustu frigido; ab egressu in frigidum aërem;<sup>39</sup> a cibo largiori, nonnunquam etiam parcissime,<sup>40</sup> sumpto; exercitatione corporis alacri, aut animi perturbatione;<sup>41</sup> ex auditu, sine visu, aliorum, qui ex morbo laborant, dum tussiunt,<sup>42</sup> de nouo excitantur.

*Sputum.* Sputi admodum variat indoles. Tenacitas eius nonnunquam viscum aequat,<sup>43</sup> et saepe, funiculi instar, e gula protrahi potest.<sup>44</sup> Quantitas eius aliquando incredibilis est.<sup>45</sup> Color mutabilis, interdum subruber, vel fuscus, aut viridis.<sup>46</sup> Aliquando odorem  
putri-

34 BANG l. c. 381.  
HASLER l. c.  
VOGEL l. c. 411.

35 SELLE l. c. 471.  
DANZ l. c. 27.  
KLINGE l. c. 9.

36 ROSENSTEIN l. c. 375.

37 KLINGE l. c.

38 HASLER l. c. 17.

39 BISSET l. c. 177.  
KLINGE l. c. 19.  
DANZ l. c. 28.

40 HUFELAND l. c.

NICOLAI l. c. 775.  
SCHAEFFER l. c.

41 BUTTER l. c. 6.

42 DANZ l. c. Verbis MELTZERII vtens.

43 HUFELAND l. c.

44 ROSENSTEIN l. c. 386. adnotauit MURRAYUS.

45 BALLONIUS l. c. 156.  
DANZ l. c. 30. Qui dixit: "totam pituitae copiam per morbi decursum ad viginti libras ascendere."

CULLEN l. c. 416.

46 BISSET l. c.  
KLINGE l. c. 18.

putridum,<sup>47</sup> vel acerrimum,<sup>48</sup> spirat; et si pusiones sputum hac indole praeditum, deglutiunt, intestinorum torminibus, diarrhoea stipata, fatigantur, et partes circa anum excoriantur.<sup>49</sup>

*Crisis.* Vera crisi morbus non finitur; interdum vero aphthae oris; scabies; vel exanthemata purpurei rubriue coloris, obseruantur, iis, non dissimilia, quae febrem purpuram, vel scarlatinam comitantur. Quamdiu vero haec eruptio in cute persistit, tandiu tussis valde mitigatur, nec non totius morbi decursus, hac ratione, plerumque abbreviatur.<sup>50</sup> Hoc alterum stadium, reliquis omnibus longe periculosissimum, per quatuor, vel quinque hebdomades persistit. Accessum illius praesagiunt, si tussis, vespere, increscat; si infantes dormitantes repentino tussi, e somno territi, expergiscantur.<sup>51</sup> — Signa, quae eius discessum indicant, sunt: symptomatum omnium diminutio, praesertim sputi viscidum in puriformem naturam mutatio, excreatu non difficilem.<sup>52</sup>

*Stadio convulsivo,* succedit *Stadium nervosum,* seu *tertium,* quod magna ex parte a nervorum affectione, vel ex debilitate, oriri videtur. Hoc, secundum violentiam, durationemque, Stadii praecedentis, vel aegroti constitutionem, aut anni temporis, modo longius modo brevius perdurat, haud raro in Peripneumoniam veram,

47 LETTSON I. c. 281.

BALLONIUS I. c. 159.

48 DE LA VALEE I. c. 340.

49 *Animadversions on a late Treatise*  
etc. 41.

50 HUFELAND I. c. 482.

PELARGI I. c. 71.

BRÜNING I. c. 21.

KLINGE I. c. 62.

KREBS librīs citatis.

VOGEL I. c. 412.

51 HUFELAND I. c. 479.

SCHAEFFER I. c.

AASKOW I. c.

52 BISSET I. c.

BUTTER I. c. 8.



ram, vel spuriam,<sup>53</sup> aut in Phthisin pulmonalem veram, e tuberculorum suppuratione ortam, vel in Phthisin pituitosam<sup>54</sup> abit. — Nonnunquam aliae fere incurabiles morbi sequelae remanent, nimirum, spinae inflexio; paralysis; memoriae debilitas;<sup>55</sup> hydrops pectoris;<sup>56</sup> oedema totius corporis;<sup>57</sup> ossium caries.<sup>58</sup> Narrant hominem 46 annorum ex hoc morbo, ad grata Veneris exercitia, plane euassisse, ineptum.<sup>59</sup>

Totius morbi decursus, in vniuersum, spatio trium mensium finitur.<sup>60</sup> Dantur exempla lenioris morbi intra 7-8 septimanas terminati;<sup>61</sup> nec non alia saeuioris, vltra sex menses protracti.<sup>62</sup>

Aliquando Stadium primum plane non occurrit, et tussis dira, febre, et illa specifica inspiratione sonora, stipata, continuo praesentis morbi prima indicia sunt.<sup>63</sup>

## DE

- |                                     |                                |
|-------------------------------------|--------------------------------|
| 53 <i>Animadversions</i> etc. l. c. | 59 GESNER l. c.                |
| 54 SELLE l. c.                      | 60 CULLEN l. c. 414.           |
| MELLIN l. c. 13.                    | HUFELAND l. c. 477.            |
| HABLA l. c. 31.                     | ROSENSTEIN l. c. 377.          |
| KLINGE l. c. 10.                    | BANG l. c.                     |
| DANZ l. c. 31.                      | SELLE l. c.                    |
| QUARIN l. c.                        | HERZ l. c.                     |
| VEIRAC l. c.                        | ZUINGERY l. c.                 |
| 55 ROSENSTEIN l. c. 378.            | KLINGE l. c. 14.               |
| HASLER l. c. 14.                    | QUARIN l. c.                   |
| BUTTER l. c. 9.                     | 61 BISSET l. c. 176.           |
| AASKOW l. c. 291.                   | <i>Animadversions</i> etc. 40. |
| DANZ l. c.                          | 62 CULLEN l. c.                |
| 56 VEIRAC l. c.                     | ROSENSTEIN l. c.               |
| 57 <i>Animadversions</i> etc. 55.   | DANZ l. c. 30.                 |
| 58 VOGEL l. c. 413.                 | 63 BUTTER l. c. 4.             |

## DE SEDE, CAUSIS, ET NATURA MORBI.

Hunc morbum, neque naturae specificae esse, nec semper ex vna eademque causa oriri, neque eandem constanter sedem figere, ex contrariis, saepe, auctorum de eo sententiis, satis superque, patere opinor.

*Natura morbi.* Plerique auctores<sup>1</sup> affirmant morbum epidemicum; nonnulli endemicum;<sup>2</sup> plures contagiosum;<sup>3</sup> alii sporadicum esse;<sup>4</sup> alii semel tantum in vita homines infestare;<sup>5</sup> alii ve-

ram

- |                       |  |
|-----------------------|--|
| 1 CULLEN l. c. 410.   | HUFELAND l. c.                         |
| HUFELAND l. c. 472.   | ROSENSTEIN l. c.                       |
| ROSENSTEIN l. c. 372. | SIMS l. c. 92.                         |
| HOFFMANN l. c.        | SCHAEFFER l. c. 116.                   |
| SELLE l. c. 470.      | UNDERWOOD l. c. 124.                   |
| WILLIS l. c. 137.     | SELLE l. c.                            |
| BRENDEL l. c. 161.    | <i>Hamöverisches Magazin vom Jahre</i> |
| BISSET l. c. 173.     | 1768: 1199.                            |
| STOLL l. c. 160.      | BOURDELIN l. c.                        |
| QUARIN l. c. 33.      | BISSET l. c. 178.                      |
| LIEUTAUD l. c. 494.   | BANG l. c. 382.                        |
| DANZ l. c. 49.        | VEIRAC l. c.                           |
| GELLER l. c. 17.      | BUTTER l. c. 41.                       |
| HABLA l. c. 10.       | FORBES l. c.                           |
| LOBB l. c. 133.       | 4 DANZ l. c.                           |
| KLINGE l. c. 11.      | KLINGE l. c. 21.                       |
| BUTTER l. c. 13.      | GELLER l. c. 17.                       |
| MELLIN l. c. 14.      | PLINTA l. c. 8.                        |
| CLOSSIUS l. c. 134.   | 5 CULLEN l. c. 411.                    |
| 2 THOMPSON l. c. 57.  | SCHAEFFER l. c.                        |
| GELLER l. c. 20.      | SELLE l. c.                            |
| 3 CULLEN l. c. 410.   | HUFELAND l. c.                         |

UNDERWOOD

ram indolem eius spasmodicam, seu nervosam; <sup>6</sup> alii naturam febris tertianae intermittenti valde analogam saepe solere ostendere, impetus periodicos facientem. <sup>7</sup>

His enumeratis opinionibus, alii scriptores, non parvi momenti nominis, aduersantur, qui dicunt, neque morbum specificum, <sup>8</sup> neque contagiosum, <sup>9</sup> neque sporadicum, <sup>10</sup> neque epidemicum esse: itaque omnem tussim talem malignum characterem assumere, et, ex ea ipsa ratione, plus in vita quam semel, corpus afficere posse; <sup>11</sup> quod etiam, non raro, euenire solet. <sup>12</sup> Paroxysmi minime tempora certa periodica assuescunt tenere, sic itaque nihil similitudinis cum febre intermittente monstrat nostri morbi natura. <sup>13</sup>

Modo idiopathicus morbus, <sup>14</sup> modo symptomaticus, <sup>15</sup> alio tempore dispositioni inflammatoriae, <sup>16</sup> aliquando biliosae, alio tempore, catarrhali coniunctus adparet.

*Causae.*

- |                                      |  |
|--------------------------------------|--|
| UNDERWOOD l. c.                      | KLINGE l. c.                           |
| BISSET l. c.                         | HASLER l. c.                           |
| BUTTER l. c. 13.                     | PLENCIZ l. c.                          |
| FORBES l. c.                         | 10 DANZ l. c. 49.                      |
| 6 LETTSOM l. c. 242.                 | KLINGE l. c.                           |
| MORRIS l. c. 284.                    | CLOSSIUS l. c.                         |
| FORBES l. c.                         | 11 PLENCIZ l. c.                       |
| DANZ l. c. 46.                       | HASLER l. c.                           |
| BUTTER l. c. 16.                     | 12 STOLL <i>Rat. med.</i> P. II. l. c. |
| 7 HUXHAM l. c.                       | DANZ l. c. 42.                         |
| DANZ l. c. 47.                       | 13 STOLL <i>Rat. med.</i> P. II. 158.  |
| HABLA l. c. 68.                      | KLINGE l. c. 62.                       |
| MORRIS l. c. 286.                    | CULLEN l. c. 414 et 418.               |
| 8 STOLL <i>Rat. med.</i> P. II. 160. | 14 DANZ l. c. 47.                      |
| DANZ l. c. 45.                       | GELLER l. c. 19.                       |
| PLENCIZ l. c. 83.                    | 15 DANZ l. c. 48.                      |
| HASLER l. c. 36.                     | GELLER l. c.                           |
| 9 VOGEL l. c. 411.                   | 16 HUFELAND l. c. 473.                 |
| DANZ l. c. 40.                       | THOMPSON l. c.                         |

D

*Causae.* Causae praecipuae praedisponentes sunt:

1. Status corporis, omnium eorum, qui, adhuc, morbum nondum passi sunt.
2. Sensilitas neruorum nimium aucta, cum totius corporis, vel solum pulmonum ventriculi ac intestinorum, debilitate,<sup>17</sup> quacunque ex causa producta.
3. Abundantia humoris seu mucii irritantis, corrupti et acris, in pulmonibus, et primis viis, accumulati.<sup>18</sup>

*Occasionales,* seu *causae* excitantes, morbi idiopathici, attribuntur miasmatae specifico aëri innatanti,<sup>19</sup> et in membranam, pulmonum et primarum viarum, mucosam agenti;<sup>20</sup> (cuius nociuam qualitatem ab insectis ROSENSTEINUS<sup>21</sup> conatur deducere) vel secundum aliorum opinionem, solummodo constitutioni anni tempestatum mutabili.<sup>22</sup> Prorsus denegat BISSETUS<sup>23</sup> hunc morbum coeli temperiem respicere.

*Causae* excitantes morbi symptomatici oriri dicuntur ab humore quodam acris, a cute ad pulmones repulso,<sup>24</sup> qualis in variis morbis cutaneis, Scabie, Tinea Capitis, nec non Scarlatina Febre,<sup>25</sup> Variolis, Morbillis<sup>26</sup> gigni solet.

*Sedes*

17 BUCHAN I. c. 309.

18 STOLL *Rat. med.* P. II. 158.  
BUTTER I. c. 50.

19 ROSENSTEIN I. c.  
FORBES I. c.

20 GELLER I. c. 35.  
BUTTER I. c. 51.

21 I. c. 377.

22 VOGEL I. c. 411.

DANZ I. c. 38.

MELLIN I. c. 18.

HABLA I. c. 17.

23 I. c. 175.

24 HOFFMANN I. c.

25 GELLER I. c. 20.

26 MELLIN I. c. 9.

*Sedes Morbi.* Sedes vera primaque, morbi idiopathici valde verisimiliter pulmonibus infixæ est,<sup>27</sup> quod etiam per cadaverum dissectiones demonstratum esse videtur. In his enim omnes etiam minutæ bronchiorum ramificationes, inflammatione, satis vehementi, aliquando adfectæ,<sup>28</sup> et ingenti copia pituitæ tenacis, eiusdem indolis, quam aegroti extussiunt,<sup>29</sup> obturatae, inuentæ fuere. Cl. QUARIN,<sup>30</sup> THOMPSON,<sup>31</sup> et GELLER<sup>32</sup> collocant sedem huius morbi et in pulmones et in ventriculum. Originem habere ex Stomacho dixit STOLLIUS,<sup>33</sup> ARANDUS,<sup>34</sup> HECQUETUS,<sup>35</sup> BOURDELINUS.<sup>36</sup> — BUTTERO<sup>37</sup> placuit in intestinis locum adsignare. Alii dicunt omnem membranam mucosam quæ pulmones et primas Vias investit ab ea occupatam esse.<sup>38</sup> SAUVAGES<sup>39</sup> fatetur, se præcipuam huius morbi ignorare sedem.

Ex his supra prolatis observationibus nihil dubii remanere puto, morbum reuera esse epidemicum. Londini anno 1790 epidemicum,<sup>40</sup> et nuper, mense Martii huius anni Goettingæ mihi sporadicum obseruare contigit. — Sed hic opus, hic labor est, dubiam illam questionem, an vnquam hic morbus sit contagiosus, reddere certam. Nonnunquam duplicem characterem contagiosi morbi assumit:

- |                         |   |
|-------------------------|---|
| 27 HOFFMANN l. c.       | 32 l. c. 35.  |
| SCHAEFFER l. c.         | 33 <i>Nat. med.</i> P. II. 160.   |
| BISSET l. c.            | 34 l. c. 44.  |
| DE LA VALEE l. c.       | 35 l. c. 276.   |
| VEIRAC l. c.            | 36 l. c.  |
| FORBES l. c.            | 37 l. c. 20.  |
| 28 LETTSON l. c. 247.   | 38 NICOLAI l. c. 788.   |
| SCHAEFFER l. c. 117.    | HABLA l. c. 9.  |
| FORBES l. c.            | 39 l. c.  |
| 29 BALLONIUS l. c. 156. | 40 Certe non ab hac causa externa excitanti, vt a fumo carbonum fossilium, quod falso asseruit GELLERUS |
| 30 l. c. 33.            | l. c. 20.   |
| 31 l. c. 55.            |   |

mit: primum, quod eruptio illa cutanea critica adsit, de qua in morbi historia iam dictum est, dein quod plerumque semel tantum in vita homines adoriatur. An vero ex his argumentis de contagiosa eius natura concludere liceat, nec ne? — ego expertis relinquo diiudicandum.

### DIAGNOSIS MORBI.

Panci dantur morbi quibus *Pertussis* confundi queat, et Medici qui rite hanc observant haud difficulter ab aliis morbis differentiam huius diiudicare poterunt. Multum similitudinis quidem cum asthmate conuulsivo,<sup>1</sup> et catarrho suffocativo,<sup>2</sup> et aliquid cum morbillis incipientibus, commune habet; cum vero in prioribus illis morbis, medela fere eadem conueniat,<sup>3</sup> in morbillis autem eruptio cutanea specifica, quae inter tertium et quintum diem se manifestat, veram morbi naturam luculenter demonstrat, nihil periculi ex tali errore pertimescendum esse facile constat. Deest hic dolor pectoris et tracheae,<sup>4</sup> quo nunquam, vel raro, aegroti asthmate laborantes, aut aliis morbis circa has partes affecti, liberi esse solent. A morbillis multo longius distat, in his enim, omnia symptomata plerumque inflammatoria, in illa e contrario spastica, sunt.<sup>5</sup> Caeterum dignoscitur partim ex epidemica indole, partim, imprimis in stadio conuulsivo seu secundo, ex sono illi adiuncto specifico.<sup>6</sup> Si quidem mea sententia, ex ipsius morbi casibus, quas vidi, deducta, aliquid valet, iam in stadio catarrhali, siue primo, se prodit morbi natura,

<sup>1</sup> DANZ l. c. 64.

MILLAR l. c. 127.

<sup>2</sup> DANZ l. c. 65.

<sup>3</sup> MILLAR l. c.

<sup>4</sup> DANZ l. c. 66.

<sup>5</sup> Idem l. c. 72.

<sup>6</sup> IDEM l. c. 61.

BANG l. c. 382.

natura, per illas expirationes veloces, breuesque, ex quibus tussis constat, et celerem illam inspirationem, etiamsi in primo stadio absque illo sibilo specifico, qui immediate tussim sequitur.

### PROGNOSIS MORBI.

Quum morbus per se saepe fit pertinax, haud carens periculo, non inutile erit laeta et periculosa signa eius discriminare.

*Bona signa.* Qui in paroxysmo cito vomunt,<sup>1</sup> aut pituitam ex pulmonibus eiiciunt; vel illi, quibus sanguis modice effluit,<sup>2</sup> facilius ex hoc malo emergunt. Scire verò oportet, si haemorrhagia frequens sit, etsi paroxysmum leuet, morbum protrahi.<sup>3</sup> Si frequens, et eodem tempore copiosa sit, interdum lethalem esse.<sup>4</sup> — Quibus extra paroxysmos membra tepent, in cute diaphoresis lenis, appetitus bonus, aluus naturalis, vel paulo naturali solutior est,<sup>5</sup> bene euadunt.

*Mala signa.* Omnia symptomata his, iamiam recensitis, aduersa, per se mala sunt. Inter haec etiam, si incipiente morbo, febris acris, dyspnoea stipata, adsit;<sup>6</sup> si sibilus, vel suffocatio, sub

<sup>1</sup> DANZ I. c. 73.

BANG I. c.

BUTTER I. c. 10.

FORBES I. c.

<sup>2</sup> CULLEN I. c. 421.

FORBES I. c.

<sup>3</sup> CULLEN I. c.

BUTTER I. c.

<sup>4</sup> DANZ I. c. 76.

<sup>5</sup> BANG I. c.

HABLA I. c. 37.

BUTTER I. c.

<sup>6</sup> SAUVAGES I. c. 157.

CULLEN I. c. 420.

HABLA I. c. 33.

FORBES I. c.

in paroxysmis vehementer vrgeant;<sup>7</sup> si pulmones ante morbi impetum valde infarcti,<sup>8</sup> vel debiles, et irritabiles, sint;<sup>9</sup> si tempore autumnii grassari incipiat tussis;<sup>10</sup> si frequens sternutatio, quando-  
cunque per totius morbi decursum, occurrat;<sup>11</sup> si membra gelida, vel nimis calida, eodem tempore, cutis sicca sit;<sup>12</sup> si vermes,<sup>13</sup> vel dentitio,<sup>14</sup> comitentur morbum; si infantes e parentibus phthisicis,<sup>15</sup> aut asthmaticis,\* nati, morbum patiantur; si infantes duos annos nondum supervixerint;<sup>16</sup> si paroxysmo absente, pulsus febrilis, respiratio oppressa, vultus tumidus, sit;<sup>17</sup> haec sunt indicia, quae probant morbum vel saevum, aut pertinacem, vel periculosum esse futurum.

Quando constitutio infantum corporis, per quemcunque morbum antecedentem, valde debilitata fuerit,<sup>18</sup> et vis vitae adeo labescit, vt pulsus creber et parvus deueniat, periculosissimum, interdum lethale est;<sup>19</sup> at si pulsus simul cum respiratione intermittant, et cum dilatatione,

7 BISSET l. c. 179.

FORBES l. c.

8 Idem l. c.

9 NICOLAI l. c. 779.

HABLA l. c. 63.

BUTTER l. c. II.

10 HABLA l. c. 38.

11 BRENDEL l. c. 160.

12 NICOLAI l. c. 778.

BUTTER l. c. 10.

13 HUFELAND l. c.

LENTIN l. c.

MELLIN l. c. 8.

BUTTER l. c. II.

14 SCHAEFFER l. c. 114.

MELLIN l. c. 9.

KLINGE l. c. 32.

15 CULLEN l. c. 420.

NICOLAI l. c. 779.

\* BANG l. c. 383.

\* CULLEN l. c.

16 HUFELAND l. c. 477.

NICOLAI l. c.

BISSET l. c. 178.

MELLIN l. c. 13.

17 LETTSOM l. c. 261.

HABLA l. c. 33.

18 BUTTER l. c.

NICOLAI l. c.

HABLA l. c. 63.

19 KLINGE l. c. 17.



latatione, tempore inspirationis, alarum narium stipata sit, plerumque conclamatum est.<sup>20</sup> Si affectiones peripneumonicae ad hanc tussim sese adiungant,<sup>21</sup> vel si aegroti oedemate totius corporis corripantur, haud raro animam efflant.<sup>22</sup> Si tenellis hac tussi laborantibus, variolae aut morbilli simul accedant, morbi periculum interdum plane augetur;<sup>23</sup> nonnunquam vero, hac ratione, tussis insigniter diminuitur,<sup>24</sup> et nonnulli practici nostrates (anglici) insitionem variolarum, quasi methodum, ad debellandum hunc morbum instituerunt.<sup>25</sup>

### METHODVS MEDENDI.

Explicatis iis, quae morbi historiam, naturam, sedem, et causas spectant, de medela eiusdem dicendum nunc restat. Quum varias interim agnoscat causas, sedesque, specificum remedium contra hanc tussim nullum datur; nec dari potest. Diuersi auctores diuersa statuebant remedia, et nimis longus forem si omnia in medium proferre velim. Ne vero extra finem propositum vagemur, recenseamus medicamenta a scriptoribus in arte medica celeberrimis, maxime decantata. Et primo quidem pauca de remediis internis.

#### EMETICA.

20 KLINGE l. c.

21 DANZ l. c. 74.

HABLA l. c. 35.

PELARGI l. c. 828.

BUTTER l. c. 12.

22 DANZ l. c. 76.

23 Idem l. c. 74.

BUTTER l. c. 12.

PELARGI l. c.

HABLA l. c.

24 LENTIN l. c.

PELARGI l. c.

BUTTER l. c. 275.

25 Idem.

EMETICA. Haec tamquam primum remedium, ac veluti cardinale, in hoc morbo debellando, considerari debent,<sup>1</sup> nam vix unquam cessat tussis paroxysmus antequam irritans pituita tenax vomitu reiiciatur.<sup>2</sup> Laxantibus longe praeponuntur.<sup>3</sup> Aliorum medicamentorum actioni viam aperiunt.<sup>4</sup> Nihil efficacius emeticis, tenellis infantibus,<sup>5</sup> praecipue iis, qui tam parui tenerique sunt, vt pituitam exspuere nequeant.<sup>6</sup> Leniora emetica propinari debere, sed saepe repetita contendunt plerique.<sup>7</sup> At CULLEN suadet emetica praestantiora.<sup>8</sup> Nonnulli dicunt ea omni, vel secunda quoque die propinanda esse.<sup>9</sup> Cl. LETTSOM placuit, quamdiu aeger pituita oppressus sit, tandiu saltem ea exhibere.<sup>10</sup> Discrepant Medici de certo tempore ea exhibendi. Breui ante praeuisum paroxysmi violentis impetum praebet Cl. UNDERWOOD.<sup>11</sup> FOTHERGILLUS matutina hora, digesto ientaculo, commendat.<sup>12</sup> —

IPECA-

- 1 CULLEN l. c. 425.  
 HUFELAND l. c. 486.  
 AASKOV l. c. 289.  
 BOURDELIN l. c.  
 2 HUKHAM l. c.  
 3 SIMS l. c. 93.  
 SELLE l. c. 472.  
 4 HECQUET l. c. 278.  
 5 UNDERWOOD l. c. 128.  
 BISSET l. c. 182.  
 LUDWIG l. c. 148.  
 6 BANG l. c. 383.  
 7 HUFELAND l. c. 491.  
 CULLEN l. c. 426.  
 SIMS l. c.

- ROSENSTEIN l. c. 382.  
 WILLIS l. c. 138.  
 HOME l. c. 122.  
 THOMPSON l. c. 56.  
 BUCHAN l. c. 311.  
 HERZ l. c.  
 HASLER l. c. 24.  
 BUTTER l. c. 16.  
 8 CULLEN l. c.  
 9 Idem.  
 FOTHERGILL l. c. 320.  
 HUFELAND l. c. 490.  
 MELLIN l. c. 44.  
 10 l. c. 249.  
 11 l. c. 126.  
 12 l. c.

*Ipecacuanham* prae reliquis opem praestitisse nonnulli confirmant,<sup>13</sup> Alii laudant *Tartarum emeticum*.<sup>14</sup> Nonnulli *Kermes Minerale*.<sup>15</sup> Alii *Oxymel Scillae*.<sup>16</sup> Cl. LETTSOM<sup>17</sup> palmam antimomialibus dat, nullum ex iis vero sigillatim indicat. Cl. HUFELAND<sup>18</sup> compositionem *Tartari emetici* cum *Ipecacuanha*, et *Oxymelle Scillae*, rupti praefert. *Oxymel Scillae*, antimomialibus maritatum, DANZIO<sup>19</sup> prae omnibus placet.

CATHARTICA. Summum etiam saepe praestant auxilium haec pluries repetita;<sup>20</sup> adstricta enim alvus febriculam aut dyspnoeam auget quam maxime.<sup>21</sup> — Quotidianus eorum vsus commendatur;<sup>22</sup> secundum nonnullos bis per hebdomadam;<sup>23</sup> secundum VOGELIUM<sup>24</sup> sexto vel octavo tantum die.

*Rhabar-*

- 13 SIMS l. c. 94.  
 HUXHAM l. c.  
 BANG l. c.  
 MELLIN l. c. 42.  
 FORBES l. c.  
 VEIRAC l. c.  
 14 FOTHERGILL l. c.  
 HOFFMANN l. c.  
 KLINGE l. c. 25.  
 ARMSTRONG l. c. 59.  
 BANG l. c.  
 MELLIN l. c. 46.  
 15 QUARIN l. c. 36.  
 DANZ l. c. 148.  
 HABLA l. c. 47.  
 HASLER l. c.  
 LIEUTAUD l. c. 494.

- BOURDELIN l. c.  
 16 SAUVAGES l. c. 157.  
 FORBES l. c.  
 17 l. c.  
 18 l. c.  
 19 l. c. 147.  
 20 SYDENHAM l. c. 522.  
 WILLIS l. c.  
 SIMS l. c. 93.  
 LIEUTAUD l. c.  
 21 HUXHAM l. c.  
 22 *Animadversions* etc. 52.  
 23 SAUVAGES l. c.  
 HOME l. c.  
 HUXHAM l. c.  
 FORBES l. c.  
 24 l. c. 414.

E

*Rhabarbarum* sine connubio aliorum medicamentorum laudatur a Cl. HOME,<sup>25</sup> FORBES<sup>26</sup> et HUXHAM;<sup>27</sup> coniunctum cum his etiam datur, qualia sunt *Manna*,<sup>28</sup> *Calomel*,<sup>29</sup> *Sal polychrestum*,<sup>30</sup> *Aquila alba*.<sup>31</sup> —

*Ialappa* nonnullis melius placet;<sup>32</sup> resinam eius in spiritu vini solutam, aqua dilutam et syrupo edulcoratam valde commendat Cl. MELLIN.<sup>33</sup> *Scammonium* cum *Manna* suadet Cl. VOGEL.<sup>34</sup> — *Calomel* simplex praeferunt Cl. HOME,<sup>35</sup> et HUXHAM.<sup>36</sup>

ANTISPASMODICA. Haec semper magnae utilitatis sunt, innumerae fere, et variae indolis ac naturae. In diuersis temporibus, siue epidemiis varios effectus edunt; modo hoc, modo illud, efficacius agit; quod si coniecturae sit locus, verisimiliter ex epidemicae constitutionis varietate, vel ex ipsius aegrotantis corporis idiosyncrasia explicandum venit.

*Opium* aliquando omnibus aliis praecellit,<sup>37</sup> optimum, et tutissimum anodynum,<sup>38</sup> quo nihil magis confert ad spasmos sedandos.<sup>39</sup> — Interdum Narcotica, sed summa cum circumspectione, exhiberi debent,<sup>40</sup> alias valde nocua sunt.<sup>41</sup> In pertussi incipiente opium

25 l. c.

26 l. c.

27 l. c.

28 SAUVAGES l. c.

29 THOMPSON l. c.

DANZ l. c. 150.

30 *Animadversions* etc. l. c.

31 LIEUTAUD l. c.

32 WALDSCHMIDT l. c. 60.

FORBES l. c.

33 l. c. 49.

34 l. c. 415.

35 l. c.

36 l. c.

73 HUFELAND l. c. 506.

UNDERWOOD l. c. 133.

DANZ l. c. 153.

HASLER l. c.

38 HUXHAM l. c.

39 FORBES l. c.

40 LIEUTAUD l. c. 495.

41 QUARIN l. c. 35.

*Animal-*

opium nocet,<sup>42</sup> quia saepe pituitam in bronchiis viscidiorum reddit;<sup>43</sup> neque quidquam valebat ad tussim coercendam, potius anxietatem, oppressionem pectoris, et cephalalgiam augebat.<sup>44</sup> Non raro si praemature, vel in dosi nimis magna, datum fuerit mortem accelerat.<sup>45</sup> — THOMPSON<sup>46</sup> eius usum dissuadet, nisi tussi vehementer saeuente. Nunquam vero in ea copia, qua tussis penitus supprimi queat, exhiberi debet; cui methodo praecipue adstipulatur auctor Animaduersionum etc.<sup>47</sup> Sufficit, sic eius verba sonant, ea dosis, quae neruorum totius corporis sensilitatem imminuit; nimirum infanti ante sex menses nato, per nycthemerum, gutta vna, anniculo duae, tres bienali, vel trienali, quatuor quadrienali laudani liquidi praescribi possunt. Ultra vero progredi vix est necessarium, neruorum enim sensilitas maior in prima aetate,<sup>48</sup> guttarum numerum ratione annorum auctum non tuto admittit. Exhiberi autem immediate debent post pulmonum ventriculique a pituita per vomitoria factam euacuationem.<sup>49</sup> — Siquando febris intermittens tussim concomitatur, efficacius opio admiscetur *Cortex Peruv.*<sup>50</sup>

Interdum *Moschus* reliquis omnibus praestantior.<sup>51</sup> Non inutile quoque erit *Calomel* addere, aluum soluendi scopo, si convulsiones impetum minentur.<sup>52</sup> Egregium usum praestat, si iam adsunt, *Moschi* grana V pro dosi, sine,<sup>53</sup> vel cum, *syrupo Diacodii*  
et

- Animaduersiones on a late Treatise* etc. 47 Vide lib. c. p. 47.  
P. 47. "In tussi epidemica conuul- 48 Idem P. 51.  
sina quae anno 1734 Edinburgae 49 SELLE l. c.  
grassatur, Opium noxium fuit." 50 Idem.  
42 QUARIN l. c. 51 HUFELAND l. c. 509.  
43 FORBES l. c. DANZ l. c. 152.  
44 AASKOW l. c. 292. BANG l. c. 384.  
45 STOLL op. c. P. 3. 153. 52 LETTSOM l. c. 264.  
46 l. c. 28. 53 AASKOW l. c. 291.

et *Elix. paregor.* mixta; <sup>54</sup> aut pulvis e granis XV *Moschi*, cum *sacchari* eadem quantitate commixtus et quater per nycthemerum repetitus. <sup>55</sup> Magnis laudibus Cl. KREBS <sup>56</sup> puluerem extollit e *Moschi* granis tribus, *sulphuris aurati antimonii* et *sacchari* ana grano vno pro dosi; vel addito *antimonio diaphoretico*, *oxymelle scillae* et *sulphure aurat. antimon.* et tamdiu exhibitum, vsque vomitus sequutus fuerit. Cl. BANG <sup>57</sup> omni bihorio vnum vel duo grana *Moschi* exhibenda praescribit. Cl. HUFELAND valdopere *Moschum* laudat, in epilepticis paroxysmis, dosi granorum duorum mane et vespere infantibus aniculis propinatum. At *Moschum, arte paratum*, <sup>58</sup> longe praefert naturali, quem a 10-12 grana in *emulsionis amygdalarum* vncis VI praescribit. Huius emulsionis omni bihorio, cochlearia duo, infanti secundum vel tertium annum agenti, praebet, sicque pro ratione aetatis dosin augere iubet.

*Camphora* saepe non immerito laudatur. Vbi inflammatoriae pectoris affectiones tussim concomitantur, *Moscho* maritata, venae-sectione praemissa, frequenter et cum magna vtilitate adhibetur. <sup>59</sup> — Scrupulum *moschi* vnum, coniunctum cum eadem *cantharidum* quantitate, cui amplius  $\text{ʒiij}$  *Extract. Cort. Peruv.* addere solent, secundum BURTONI methodum, et 8-10 grana huius compositionis tertia, quarta

54 HILLARY l. c. 47.

55 DE BERGER l. c. 316.

56 Locis citatis.

57 l. c.

58 l. c. 509, vbi sequentem formulam exhibet:

ʒ Olei Succin. rectific. ʒj.

Acid. nitros. concent ʒijʒ.

Oleo in cyathum vitreum (vulgo

Germanice *Spitz-Glafs*, Anglice 59 BANG l. c. 385.

*Wine-Glafs* vocatum) infuso, gradatim acidum nitri, assidua agitatione probe admisce, et per 24 horas seponere, resinosam substantiam acido liquori innatantem absolve, et aqua frigida, dein calida, tamdiu ablue, vsque omnis aciditatis sapor euauit.

quartaue hora sumpta, aliquando iam quinto vel sexto die curatio-  
nem morbi efficiebant.<sup>60</sup> *Camphoram* longe inefficaciorem *Asa*  
*foetida* praedixit Cl. UNDERWOOD.<sup>61</sup>

*Castoreum* frequenter opem ferre et multum prodesse solet,<sup>62</sup>  
nihil tamen minus *Asae foetidae* longe postponendum.<sup>63</sup>

*Extractum Hyoscyami* in dispositione inflammatoria *opio* an-  
teponi solet, quum non tantum in corpore caloris gradum, quam  
*opium* excitat. Quotidie ad grana duo, cum *vino antimon. Huxhamii*  
datum, mirabilem fere effectum habuit.<sup>64</sup>

*Gummi ammoniacum* in iis casibus, vbi suffocationis pericu-  
lum praecipue imminet, in soluta forma, adhiberi potest;<sup>65</sup> et hic,  
nonnunquam omnibus aliis remediis antecellit.<sup>66</sup> Nuptum cum  
*gummi guajaco* non parum in corporibus debilibus, pituita oppres-  
sis, profuit.<sup>67</sup> Cl. HABLA<sup>68</sup> cum expresso millepedum succo com-  
miscet, sicque, admodum commendat.

*Asa foetida*, cum strangulatio minetur, tum potissimum vtilis-  
sima est,<sup>69</sup> si in morbi initio drachma vna et semissa, vel duae,  
vnciiis 6-8 *aqua pulegii* solutae, per 24 horas sumantur; augendo vel  
diminuendo dosin, habita aetatis, vel constitutionis aegroti ratione.<sup>70</sup>  
In morbi statu autem proeuctiore, quando febris hectica, haemorrhagia,  
vel symptomata phthisica, adsunt, magis nocet quam prodest.<sup>71</sup>  
Sub enematis forma etiam administratur, tumque mire iuuat.<sup>72</sup>

*Cicuta.*

60 LETTSOM I. c. 254.

61 UNDERWOOD I. c. 131.

62 Idem.

DANZ I. c. 153.

GELLER I. c. 48.

63 UNDERWOOD I. c.

64 HUFELAND I. c. 507.

65 HUXHAM I. c.

UNDERWOOD I. c. 130.

66 GELLER I. c. 47.

67 HUFELAND I. c. 491.

68 L. c. 57.

69 UNDERWOOD I. c.

70 MILLAR I. c. 132.

71 Idem 134.

72 KLINGE I. c. 54.

*Cicuta*. Cl. BUTTER<sup>73</sup> praecise eam commendat tanquam specificum remedium in tussi convulsiva. Nonnulli quidem eius specificam virtutem deprimunt,<sup>74</sup> anodinas vires non denegant,<sup>75</sup> sed putant, *opio* longe esse postponendas.<sup>76</sup> Cl. SELLE<sup>77</sup> eius vsum in morbo valde rebelli laudat. Cl. KLINGE<sup>78</sup> post iterata experimenta asseuerat se nunquam tam bonum effectum ab eius vsu et virtute antispasmodica, quam ab *Opii* propinatione, *Hyoscyami*, vel *Flor. Zinci* inuenisse. DANZ<sup>79</sup> admittit, simulac cum antimonialibus maritatum, et emeticis praemissis, *cicutae* vsum valdopere vtilem esse praedicat.

*Flores Zinci*. Quibusdam in casibus, quos Vermes comitantur, citissimum egregiumque praestabat effectum. Grana duo pro dosi, quarta quaque hora, infantibus tres vel quatuor annos natis dari possunt.<sup>80</sup> Si pulsus et respiratio intermittunt et repentina mors timetur, aliquando egregium praebuit vsum,<sup>81</sup> potissimum si efficacia eius, conubio *extracti Hyoscyami*, et *syrupi Diacodii* aucta fuerit. Etiam non immerito laudatur eius vsus mixtioque cum *Calomel*.<sup>82</sup>

*Tinctura Cantharidum* inter efficacissima antispasmodica numerari potest,<sup>83</sup> praecipue si *Spiritu nitr. dulc.* et *syrup. e meconio* coniungatur.<sup>84</sup> Cl. LETTSOM<sup>85</sup> sub sequente formula eam proponit:

R. Tinct. Cort. Peruv. ℥iβ

Elix. paregor. ℥β

Tinct. Cantharid. ʒj. M.

parua

73 L. c. 164.

74 DANZ l. c. 149.

UNDERWOOD l. c. 133.

75 Idem.

76 BUCHAN l. c. 312.

77 l. c. 472.

78 l. c. 54.

79 l. c. 149.

80 HUFELAND l. c. 508.

81 KLINGE l. c. 33.

82 Idem 35 et 153.

83 HUFELAND l. c. 501.

HILLARY l. c.

84 Idem.

85 l. c. 256.



parua dosi ter quaterue die sumenda, donec Dysuria excitetur, quod plerumque tertio die euenire solet. Meminit praeterea sibilum raro vltra sex dies post huius remedii exhibitionem remanere. Cl. HUFELAND<sup>86</sup> praescribit duas guttas anniculis infantibus per plures vices die sumendas, addendo guttam omnibus per biennium natu maioribus, vsque vesica, vt iamiam supra dictum est, afficiatur. — Si externe in dorsi spinam, pectus, vel pedum plantas, infricetur, saepe maximi vsus est.<sup>87</sup> THOMPSON<sup>88</sup> in valde feroci tussi, ab eius vsu interno dissuadet. Cl. QUARIN<sup>89</sup> eius vsum quandoque periculosum esse experientia confirmari.

*Oleum Succini* nonnunquam spasms vehementer vrgentibus, si ad guttas aliquas exhibetur, praestantissimum effectum producit. Valde efficax etiam externe in dorsi spinam; circa cordis scrobiculum; vel in manuum cauitate inungitur.<sup>90</sup>

CORROBORANTIA. Non raro multum prosunt. *Cortex Peruvianus* aliquando optimum medicamen habetur,<sup>91</sup> et, post leuiores emetica, in decoctionis forma, morbo fere semper medetur;<sup>92</sup> sed veneni adinstar nocet, si symptomata inflammatoria,<sup>93</sup> vel pulmonum obstructiones,<sup>94</sup> aut primarum viarum, a pituita biliosa infarctus adsint.<sup>95</sup> Itaque haec symptomata prius remoueri debeant, ante-

86 l. c. 501.

87 HUFELAND l. c. 500.

MILLAR l. c. 177.

88 l. c. 57.

89 l. c. 37.

90 UNDERWOOD l. c. 132.

91 HABLA l. c. 67.

FORBES l. c.

MELLIN l. c. 50.

92 AASKOW l. c. 284.

93 FORBES l. c.

94 MILLAR l. c. 137.

95 FORBES l. c.

antequam *Cort. Peruv.* propinetur;<sup>96</sup> quo citius illud fiet, eo citior et efficacior huius erit effectus.<sup>97</sup> Nonnulli auctores student vires *Cort. Peruv.* per medicamenta adiuvantia augere, et hac ex ratione suadent miscelam eius cum *castoreo*,<sup>98</sup> *medicamentis amaris*,<sup>99</sup> *stomachicis idoneis*,<sup>100</sup> cum *floribus verbasci* in forma decocti, si sputa libera, et corpus debile,<sup>1</sup> cum *Lichene islandico*, et *lacte*, si sputa purulenta;<sup>2</sup> cum *pectoralibus*, per totum morbi decursum, si febris desit.<sup>3</sup> — Externe etiam, cum magno emolumento, applicari potest, sub cataplasmatibus forma, ex *Pulv. Cort. Peruv. Tinct. Cantharid.* et *Laudano* conflati,<sup>4</sup> et cordis scrobiculo; vel axillis; vel abdomini impositi. — Vel *Cortex Peruv.* subuculae inditus et sub vestimento admotus.<sup>5</sup>

*Cortex Angustini*, seu, vt rectius dicitur, *Angustura*. Paucos ante annos, nimirum anno 1788 hic cortex ex Angustura Americae australis, Angliam primum allatus, aliis Europae regionibus, illo tempore, incognitus. De eius historia naturali, quantum scio, inter scriptores ad hunc vsque diem non satis constat. Siquidem de primis effectibus huius corticis contra dysenteriam, et intermittentes febres, nec non contra pertussim, vt nupera experimenta edocuerunt, conicere licet, non paruum lucrum Materiae Medicae aestimari debet. Eundem effectum, et minori in dosi quam *Cortex Peruv.*, praestat, sine vlla nauseosa vel iniucunda stomachi affectione, quam saepe excitare ille

96 SIMS l. c. 04.

HUFELAND l. c. 518.

MILLAR l. c. 136.

BUCHAN l. c. 313.

BANG l. c. 384.

BISSET l. c. 184.

97 HUFELAND l. c.

98 MORRIS l. c. 284.

99 THOMPSON l. c.

100 HUXHAM l. c.

1 QUARIN l. c. 37.

2 Idem l. c. 38.

3 BISSET l. c. 183.

4 HUFELAND l. c. 520.

BRÜNING l. c. 22.

5 *Animadversionis* etc. 53.

ille solet.\* Cl. SIMMONS<sup>6</sup> in tussi conuulsiva eius infusum laudat, ad  $\mathfrak{z}\text{IV}$ , additis *Tinct. Cantharid.* guttis XXX, ter quaterue per diem cochleatim sumptum. — Cl. BRANDE<sup>7</sup> sub eadem fere forma et in eadem dosi infantibus administravit, quibus iam tertio die cessavit tussis, nec non vnquam vltra 14 dies, post medicamentum exhibitum, remansit. — Exempla 13 Aegrotorum a 2-13 annos natorum enumerat, qui hac methodo tractati, tempore breui morbo liberati sunt; medicamenti copia sensim exhibiti solummodo a 6-12 vncias ascende-  
 bat. — In eius propinatione fere eadem cautelae, quas, supra, in capite de *corticis Peruv.* vsu notavi, obseruari debent.<sup>8</sup>

*Sudorifera.* Haec interdum in nonnullis huius morbi epidemiis praestantiora obseruantur, quam omnia alia medicamenta.<sup>9</sup>

Sed haec sufficiant de medicamentis internis, progredior ad remedia externa.

REMEDIA EXTERNA. In his, ad morbum debellandum auxilium insigne habetur.

*Venaesectio* primum omnium necessaria videtur,\* et ad hanc tanquam ad sacram ancoram confugiendum est,\*\* si morbus plethorici

\* Vid. BRANDE *Experiments and Observations on the Angustura Bark*, 2d. Ed. 1793.8. — et MURRAY *Apparat. Medicam.* curante ALTHOF. Vol. VI. 1792. — etiam MEYER'S *Beyträge zur Geschichte der Angustura-Rinde.* 1793. 12.

6 l. c. 70.  
7 l. c. 119.

8 BRANDE l. c. 118.

9 HASLER l. c. 24.

\* SYDENHAM l. c. 195.

LETTSON l. c. 245.

HUFELAND l. c. 493.

HUXHAM l. c.

ROSENSTEIN l. c. 386.

HECQUET l. c. 287.

HASLER l. c.

F

BANG

thorici alioquin hominis, sine leuamine, diutius perduret;<sup>10</sup> si vultus tumidus, pulsus durus, extra paroxysmi impetum,<sup>11</sup> vel facies livida in ipso paroxysmo, vel magna versus caput aut pectus sanguinis congestio,<sup>12</sup> vel suffocationis metus,<sup>13</sup> periculosum aegri statum indicant; si dispositionis inflammatoriae,<sup>14</sup> aut haemorrhagiae ex oculis nasoque, vel sputi sanguine satis tincti<sup>15</sup> indicia adsint. In adultis aliquando per repetitam sanguinis detractionem paroxysmi vnice lenantur.<sup>16</sup> — Attamen bene notandum talem venaesectionem non nisi caute instituendam esse.<sup>17</sup> Clari viri BISSET,<sup>18</sup> UNDERWOOD,<sup>19</sup> et SAUVAGES<sup>20</sup> eam solummodo permittunt praesentibus supra enumeratis symptomatibus, inque infantibus vltra secundum, vel tertium, annum iam proeectis. Cl. SIMS<sup>21</sup> in primo morbi stadio tantum venam secare iubet.

*Vesicatoria.* Talis est nonnullis epidemiis natura, vt hisce remedia vix meliora dentur,<sup>22</sup> quum spasmi mitigantur stimulo, atque salutarem stimulum excitat vesicatorium.<sup>23</sup> Nonnunquam morbus

- |   |                                      |
|---|--------------------------------------|
| BANG I. c. 385.                           | BOURDELIN I. c.                      |
| HILLARY I. c. 47.                         | FORBES I. c.                         |
| LUDWIG I. c. 150.                         | HABLA I. c. 49.                      |
| <i>Edinburgh Medical Essays</i> V. 4. 27. | 14 DANZ I. c.                        |
| FORBES I. c.                              | 15 <i>Animadversions</i> etc. p. 48. |
| CULLEN I. c. 424.                         | 16 HOME I. c.                        |
| ** BOURDELIN I. c.                        | HUXHAM I. c.                         |
| 10 FORBES I. c.                           | 17 <i>Animadversions</i> etc. p. 52. |
| 11 LETTSOM I. c.                          | DANZ I. c.                           |
| 12 DANZ I. c. 151.                        | 18 I. c. 180.                        |
| 13 LIEUTAUD I. c. 494.                    | 19 I. c. 126.                        |
| HUFELAND I. c. 493.                       | 20 I. c. 152.                        |
| HUXHAM I. c.                              | 21 I. c. 93.                         |
| BUCHAN I. c.                              | 22 HASLER I. c. 24.                  |
|   | 23 FORBES I. c.                      |

bus vno *Epispastico* prorsus tollitur.<sup>24</sup> Nunquam non in dyspnoea periculosa exhiberi solent.<sup>25</sup> Infantibus qui nondum annum primum egressi sunt, et qui cum difficultate vomunt, valde prosunt.<sup>26</sup> Etiam vbi simul cum tussi feroci, pulmones pituita replentur, vbi tussis repente cessat, oedemate totius corporis succedente, vtilissima censentur.<sup>27</sup> Conuenit magis ea collo,<sup>28</sup> vel cordis scrobiculo,<sup>29</sup> aut lateribus, applicare<sup>30</sup> quam inter vtramque scapulam. Ex obseruatione BRÜNINGII<sup>31</sup> aliquando nocent. Cl. QUARIN<sup>32</sup> etiam monet iis caute ac circumspecte apud tenellos et irritabiles aegros esse vtendum.

*Enemata* longe vtiliora laxantibus,<sup>33</sup> et saepe plane necessaria ad actionem peristalticam inuersam restituendam.<sup>34</sup> Eorum mixtio pro morbi indicatione varie mutari debet; plerumque emollientia requiruntur, quae saepe repeti solent,<sup>35</sup> aliquando etiam ter quaterne in die, magno cum leuamine.<sup>36</sup> Effectum suum tanto melius produunt, si potius in parua, quam magna quantitate iniiciantur.<sup>37</sup> Quodsi vermes morbum comitentur maxime necessaria sunt, animalia enim haec rebellia iterum sopiunt, ex *Lacte*, vel *Emuls. Amygd.* iniecta clysmata.<sup>38</sup> Quodsi paroxysmi conuulsiu vel epileptici valde corpus vexant, ex *Valeriana*, *Asa foetida*, et *Castoreo* componi solent.<sup>39</sup>

*Pediluuia*

24 LETTSON I. c. 251.

25 UNDERWOOD I. c. 126.

BUCHAN I. c. 313.

26 HUFELAND I. c. 499.

SELLE I. c. 472.

27 *Animaduersions* etc. p. 54.

28 FORBES I. c.

HABLA I. c. 59.

29 CULLEN I. c. 425.

LETTSON I. c.

HUFELAND I. c.

SELLE I. c.

30 LETTSON I. c.

31 I. c. 60.

32 I. c. 37.

33 KLINGE I. c. 28.

34 HUFELAND I. c. 503.

35 ZUINGERI I. c. 311.

36 HUFELAND I. c. 504.

37 MELLIN I. c. 44.

38 HUFELAND I. c. 514.

39 DANZ I. c. 154.

*Pediluvia tepida* nonnulli auctores, tussi, vel spasmo, gravius urgente valde commendant;<sup>40</sup> et eorum vsum omni vespere, paulo ante decubitus, reiterandum suadent.<sup>41</sup> — Alii arbitrantur altera, vel tertia, quaque nocte illa adplicata sufficere.<sup>42</sup> Multo efficaciora sunt, si cum *Seminibus Sinapeos*,<sup>43</sup> vel *Floribus Chamamelii*<sup>44</sup> inpraegnentur.

*Balneum frigidum* versus morbi finem roborans praestantissimum haberi potest;<sup>45</sup> caue tamen, ne febricula supersit, vel haemoptysis,<sup>46</sup> aut dispositio inflammatoria, vel bilioso-pituitosa saburra in primis viis. Cl. KLINGE<sup>47</sup> iubet, corpus primum cum aqua tepida et sapone, dein paulo post cum aqua gelida lauare.

*Aër.* Inter Medicos diuersae opiniones concurrunt de aëris effectu in hoc morbo. Aliquando mutare coelum, est efficacissimum remedium,<sup>48</sup> et saepe tussim celerrime tollit,<sup>49</sup> quamquam mutatio ex salubri in peiorem aërem facta videtur;<sup>50</sup> at si fieri poterit mutatio semper in calidiorē sicciorēque aërem instituenda.<sup>51</sup> Affectiones inflammatoriae si in pectore manifestentur, aërem frigidum euitare, praecipue si eodem tempore siccus sit, ante omnia necesse est.<sup>52</sup> Etenim paroxysmos reddit grauiores, vel nouos excitat;<sup>53</sup> ideoque

40 THOMPSON l. c. 57.

BUCHAN l. c. 313.

41 KREBS libris citatis.

FORBES l. c.

HABLA l. c.

42 BUCHAN l. c.

43 HUFELAND l. c. 499.

44 KREBS l. c.

45 SIMS l. c. 94.

HABLA l. c. 75.

DANZ l. c. 157.

46 HABLA l. c.

47 l. c. 38.

48 BUCHAN l. c. 310.

49 HUFELAND l. c. 521.

50 BUCHAN l. c.

51 Idem.

HABLA l. c. 40.

52 BANG l. c. 385.

53 LOBB l. c. 268.

ideoque melius est, aegrotum intra cubiculum ad eum caloris gradum continere, quo lenis diaphoresis promoueri queat. <sup>54</sup>

Inter alia medicamenta Medici, praxin in Academia Goettin-  
genſi exercentes, *Extractum Nicotianae*, et externe *Vnguent. Mercur.*  
collo inungendum, non infelici ſucceſſu adhibuerunt.

Deductis et explicatis Medicorum ſententiis ac curationibus,  
qui optime de hoc morbo meruerunt, liceat et mihi opiniones metho-  
dumque medendi propriam, qualem iamiam in diuerſis huius opusculi  
locis ſparſim tradidi, paucis repetere et quaſi in breuem conſpectum  
contrahere.

Persuaſiſſimum mihi eſt, veram rationalemque ſanandi artem  
in hoc, aequae ac in plerisque, forſitan, aliis morbis circa indicationes  
praesentes praecipue verſari, quo magis itaque tuſſis conuulſiua in  
diuerſis epidemiis diuerſas agnoſcit indoles, eo magis etiam variae  
curandi rationes neceſſariae erunt. Verus huius morbi character ſem-  
per ſpaſmodici morbi naturam induit, omnis ergo nimis liberaliter  
inſtituta euacuatio noxia eſſe debet, utpote quae vnam ex proegumenis  
illis cauſis, nimirum debilitatem auget, itaque euacuationes (ſi vomitum  
excipias) tametsi ſaepe neceſſariae, magna tamen cum cautione  
ſemper inſtitui ſolent.

Venaecſectionem ſaepe inſignem vtilitatem praestare, ex plurimis  
ſcriptoribus luculenter demonſtrari, neque vero minori cum circum-  
ſpectione eam vtendam eſſe perſuaſus ſum. Magna pituitae copia in-  
ſtantis emeticum ſemper requirit, quod, in hoc morbo, ſaepe ſcuſe vt  
verum antiſpaſmodicum agit. Abſente febre, plethora, dyſpnoea, et  
ventriculo et pulmonibus, a pituita ſatis liberis, corroborantia, anti-  
ſpaſmodicis nupta, liberaliter propinanda ſunt. Plus quam bis de die  
alium

54 KLINGE l. c. 48.

alium ducere, non raro magis obesse, quam prodesse, solet. Si alius non respondet, recte enemata iniiciuntur. Totum infantis corpus quotidie perficari debet manu tepida, oleo inuncta, tamdiu, donec membra tepeant. — Lenis diaphoresis in cute semper optanda et promouenda est. — Si infantem iacentem tussis adoriatur, extemplo eleuatur; etiamque si sub tussis paroxysmo maximum suffocationis periculum adsit, infantum fauces, digito, vel penna, oleo intincta, tamdiu irritandae, vsque vomitus inciderit.

In primo stadio si epidemici quid suspiceris, vel si plane epidemice tussis grassetur: tum maxime conuenit, coelum mutare, sicciorem calidioremque regionem quaerere; primas vias bene euacuare; antispasmodica et roborantia copiosius exhibere. Hisce cautelis obseruatis non dubito, fore, vt periculum morbi longe imminuatur, et valde verisimiliter ipsius decursus ante secundum vel tertium stadium plane cohibeatur.

*Regulae diacteticae.* Tenuis sit victus ac diluens; cibi blandi, concoctu admodum faciles, frequenter repetita, sed parua copia sumendi. Cauendum autem, ne vespertino tempore, paulo ante decubitum, cibo vtantur. Praeterca sollicite euitanda sunt aër nimis calidus vel frigidus, praecipue Eurinus ventus; exercitatio corporis, praesertim pulmonum, immodica, cursus, vociferatio, cantus; irritantis vaporis cuiuscunque generis offensio. — Omnis perturbatio seu afflictio mentis quammaxime cauenda est, quae saepe nouos paroxysmos excitat, saeuioresque praesentes reddit; potius demulcendi sunt infantum animi, cantu, leni agitatione, et aliis oblectamentis, aetati infantili conuenientibus.

— — *Si quid nouisti rectius istis  
Candidus imperti, si non, his utere mecum.*



---

CORRIGENDA.

- Pag. 10. l. r. pro *praestitisse*.\* — *Perque* lege *praestitisse*; \* *perque*  
18. 3. — *aliquot minuta* lege *aliquot puncta momenti*  
20. 6. dele *admodum*, et pro *frequens* lege *frequenter diminuta*  
26. 5. post *pulmonum* adde ,  
29. vlt. pro *sub* lege *in*  
30. 13. — *labescit* lege *labascit*  
— 14. post *lethale* adde *signum*  
37. 17. — *est*, <sup>60</sup> adde *praecipue*  
40. 13. pro *paucos ante* lege *ante paucos*  
43. 20. — *vexant* lege *vexent*  
45. 14. post *epidemis* adde ,  
46. 5. pro *elevatur* lege *elevetur*.
-



Vi 2602

ULB Halle


3

005 301 556



MA





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

P E R T V S S I

QVAM

ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRO

GRADV DOCTORIS

SVMMSIQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS

ERVDTORVM EXAMINI SVBHCIT

DIE III. JULII ANNI MDCXCIII

JOHANNES HARRISON

ANGLVS

SOCIET. REG. MED. EDINENSIS SODAL.

Causa latet, vis est notissima.

OVID.

*Each changing season doth it's poison bring,  
Rheums chill the Winter, Agues blast the spring.*

PRIOR.

GOTTINGAE

TYPIS JO. CHRISTIAN. DIETERICH.

